Fragmentarium

ce aliuſ pullulare; Quia autē p̄ciſuſ eſt · ſine
radice non poteſt uiuere; Deniq; adiun
git & dicit; Sicut palmeſ non poteſt fer
re fructū a ſemetipſo niſi manſerit in uite ·
ſic nec uoſ niſi in me manſeritiſ; Magna
gratiæ commendatio fr̄s mei; Corda inſtruit
humilium · ora obſtruit ſuperborum; Ecce
cui ſi audent reſpondeant · qui ignoran
teſ dī iuſtitiā & ſuā uolenteſ conſtitue
re · iuſtitiæ dī non ſunt ſubiecti;
Ecce cui reſpondeant ſibi placenteſ · & ad
bona opera facienda dm̄ ſibi neceſſarium
non putanteſ; Nonne huic reſiſtunt ueri
tati · mente corrupti · homineſ reprobi
circa fidem · Qui reſpondent hæc & loquun
tur iniquitatē dicenteſ · a dō habemuſ
quod homineſ ſumuſ · a nobiſ autē ipſiſ quod
iuſti ſumuſ; Quid dicitiſ qui uoſ ipſoſ
ſeducitiſ · Non aſſertoreſ ſed præcipitato
reſ liberi arbitrii · ex alto elationiſ per
inania præſumptioniſ · in profunda ſubmer
ſioniſ; Nempe uox ueſtra eſt · quod homo ex
ſemetipſo facit iuſtitiam; hoc eſt altum
elationiſ ueſtræ; Sed ueritaſ contradicit ·
& dicit; Palmeſ non poteſt ferre fructū
a ſemetipſo · niſi manſerit in uite; Ite nunc
per abrupta · & non habenteſ ubi figamini ·
uentoſ a loquacitate iactamini; hæc ſunt
inania præſumptioniſ ueſtræ; Sed quid uoſ
ſequatur uidete · & ſi eſt in uobiſ ullus
ſenſuſ horrete. Qui enim a ſemetipſo ſe
fructū exiſtimat ferre · in uite non eſt
in x̄po [illegible] x̄po non eſt · x̄p̄ſ

anuſ non eſt; hæc ſunt profunda ſub
merſioniſ ueſtræ; Iam atq; etiam conſi
derate · quid adhuc ueritaſ adiungat ·
& dicat; Ego ſum inquit uitiſ · uoſ pal
miteſ; Qui manet in me & ego in eo · hic
fert fructū multū quia ſine me nihil
poteſtiſ facere; Ne quiſquam putaret ſal
tem paruum aliquem fructū poſſe a ſe
metipſo palmitē ferre · Cum dixiſſet
hic fert fructū multum · non ait quia
ſine me paruū poteſtiſ facere · ſed ni
hil poteſtiſ facere; Siue ergo paruū ſiue
multū · ſine illo fieri non poteſt · ſine
quo fieri nihil poteſt · Quia & ſi par
uū [illegible] attulerit palmeſ eū purgat
agricola ut pluſ adferat · tamen ſi in uite
manſerit & uixerit de radice · Quantū
libet fructū a ſemetipſo n̄ poteſt face
re; Quamuiſ autē x̄p̄ſ uitiſ n̄ eſſet niſi ho
mo eſſet · tamen iſtam grām palmitibuſ
non præberet · niſi etiam dſ eſſet; Verū
quia ita ſine iſta grā non poteſt uiui ·
ut morſ in poteſtate ſit liberi arbi
trii · Si quiſ in me inquid non manſe
rit · mittetur foraſ & areſcet · & colli
gent eum & in ignē mittent & ardebit;
Ligna itaq; uitiſ tanto ſunt contemptibilio
ra ſi in uite non manſerint · quanto
glorioſiora ſi manſerint; Deniq; ſicut
de hiſ etiam per ezechihelē prophetam
dn̄s dicit · Præciſa nulliſ agricolarū
uſibuſ proſunt · nulliſ fabrilibuſ operibuſ
deputantur · [illegible]

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 756.61, 4r – Collection of homilies
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-mhig/5104/48713)